

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Ioan. Andr. Danzii Medaqdēq Sive Compendivm Grammaticae Hebraeae Seivncto Chaldaismo Ad Arctiones Limites Redactvm

Danz, Johann Andreas

Francofvrti, MDCCXLVIII.

VD18 12109185

Tabellaris Analyseos Conspectvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17995



TABELLARIS
ANALYSEOS CONSPECTVS.

A D

ANALYSIN VOCVM HEBRAEAM RE-
QVIRVNTVR

I. *Generatim* in quavis orationis parte

I. *Lectio*, quo pertinent

A. *Pronunciatio*, ubi attendantur

a. *Consonantes* earumque

α. *Figura & variabilitas*,

β. *Nomen*,

γ. *Potestas & affectio* qua sunt vel
mobiles vel quiescibiles.

δ. *Ordo*

ε. *Origo*, juxta quam vel ratione *for-*
mationis ad organa referuntur vel
radicales aut serviles sunt

b. *Puncta*

α. *Vocalia tam propria, quam im-*
propria

β. *Diacritica, Dagesch, Mappik.cet.*

N 2

B. Syl-

B. *Syllabarum dimensio*

C. *Tonus.*

2. *Significatio ex Lexicis, vel versione cet'*
3. *Investigatio radicis*
4. *Formatio, qua vox est, vel nomen, vel verbum vel particula.*
5. *Consideratio præfixorum & suffixorum vel præformativorum & affirmativorum.*
6. *Mutatio & reductio vocalium*
7. *Extraordinaria vel qua litteras, vel qua puncta, vel qua asteriscos vel qua figuras grammaticas.*

II. *Speciatim attendenda sunt*

I. *In nomine*

- a. *Forma, qua est vel nudum, vel auctum*
- b. *Species, qua est vel primitivum, vel derivativum.*
- c. *Figura, qua est vel simplex, vel compositum*
- d. *Qualitas, qua est vel substantivum vel adjectivum.*
- e. *Genus, qua est vel masculinum, vel femininum vel commune*

f. *Mo-*

-
- f. *Motio*, quæ fit ex masculino in fæmininum & v. v.
- g. *Flexio*, quæ fit in *numeros*, *singularem*, *dualem* & *pluralem*
- h. *Casus*
- i. *Status*, quæ vox est vel *absoluta*, vel *constructa*.
2. In *pronomine* utrum sit
- a. *Connexum*, vel *inconnexum*
- b. *Integrum*, vel *defectivum*.
- c. *Personale*, *demonstrativum*, *reciprocum*, *relativum* vel *interrogativum*.
3. In *verbo*.
- a. *Persona*, *numerus*, *genus*
- b. *Tempus* & *conjugatio*
- c. *Qualitas*, quæ verbum est vel *perfectum*, vel *imperfectum*.
4. In *particulis* tantum notentur, quæ supra inter generaliora relata sunt
-

NOTA

AD HANC NOVAM EDITIONEM.

Quamvis omnem moverimus lapidem, ut nova hæc huius libelli editio curatius paullo



perlustrata omnibusque mendis purgata LECTORI BENEVOLO nostram commendaret operam; at quædam tamen & nostra excusatione & LECTORIS benevolentia indigere videntur. Huc præsertim referimus, quod vocales latinæ scheva hebræorum, tam simplex mobile, quam compositum quodvis, in linguam suam transferentes solito careant brevitatis signo: Quod vero, cum deficerent in officina typographica litteræ ita notatæ, plus in impossibilitatem abibat, quam nostræ tribuendum est negligentia. Cæterum hæc corrigentis oculum aufugerunt. Pag. 6. lin. I. deficit signum §. 4. pag. 45. lin. 13. pro ית *lege* ית. pag. 55. lin. 8. pro הן-י *lege* כן. lin. 10. pro הם *lege* הם. pag. 64. lin. 3. pro בקטק *lege* בקטל. pag. III. lin. 14. pro Geneos *lege* Genefeos. pag. II2. lin. 1. pro קטלנו *lege* קטלנו. pag. 162. in vltima tabulæ linea pro ² *lege* |²

Sed

Sed aliud denique nobis incumbit officium. Quæ de Accentuatione Hebraica CELEBERRIMVS ZOPPIVS tradiderat olim, desiderabis, noua de eadem retractatione in eius locum vocata; de quo nobis reddenda erit ratio. Iusto scilicet breuiora videbantur priora, quippe quæ de re admodum ardua atque difficili vix quatuor conficiebant paginas ad adiectam tabulam intelligendam ne quidem sufficientes. Nostra vero, quæ generaliora inscripsimus accentuationis hebraicæ principia, nec quoad prolixum studii huius campum arctiora, nec prolixiora putamus, quoad arctiores compendii limites.

Ad tabellarem Analyseos conspectum quod attinet, quem calci huius opusculi adiecimus, abibit forsân in magnum iuuentutis emolumentum, si, quæ fufius in ipso opere discussa sunt, in breuius schema quo nunc est ordine redacta vno oculorum optutu percipiant. Debemus vtramque hanc
nouam



nouam appendicem prælectionibus academicis, *vi-*
ri cuiusdam, *cuius nomen* & ob eruditionem fa-
tis profundam & propter immeritum erga nos
fauorem nunquam non sine laude dixerimus, iam
vero, quæ singularis animi *eius* est moderatio, inuiti
celare debemus. Dixisse sufficiat, quod dignissi-
mus nobis maximorum in eruditione hebraica vi-
rorum innotuerit æmulator, quem *ipsi*, honorem
LECTOR BENEVOLE, nobis vero benevo-
lentiam TVAM non denegabis.

Vale.

